



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Excusationibus tu. & te[m]p. ear.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)

Si tutor vel cura non gesserit. Rub. LV. LEX I.

Ertum est. Tenetur gerens, si ei potest tutorem suspectum non fecit & libertas non potest patronum accusare. sed in iudicio implorare. h. d. Per istam legem dicitur gl. nostri quod licet accusator damniatus sit infamis tamen inquisitus condemnatus non est infamis per hanc legem, ubi vides quod libertus non potest accusare, quia patronus infamaretur, tamen potest implorare quod iudice inquirat. Et sic patet quod non infamat. Ita dicitur gl. in l. iij. de iur. iudic. ff. de suspic. tut. l. iij. quod dicitur in l. infamem. ff. de publi. iudic. facit quod notatur in l. iij. de p. multa.

ADDITIO. Ceterum est. De materia huius legis vide Bar. in l. iij. de iur. iudic. ubi hanc l. alleg.

De curis pupillaribus. Rub. LVI.

Tutorem. Qui pecuniam pupilli in suos usus committit, ad usuras tenetur. h. d.

Tutor. In actione tutelae etiam pro eo quod quis perit pro contutore venit iurare.

Pecuniam pupillarem. Si pupilli non potest imputari culpa, non debentur usure pecunie, hoc dicit.

ADDITIO. De pecuniam pupillarem. Vide lare Ro. consil. cxxviii.

Pupillus. Nec est bona lex, & legitur duobus modis. Et secundum unam legem, bene tenetur hoc iudicari. Reus non potest cogere actorem agere, sed potest petere ut super suis defensionibus testes ad perpetuam rei memoriam examinentur h. d. secundum aliam legem, secundum primam legem, non creatur de mente tua, quod ex parte tutoris vel actoris non potest peti ut examinentur testes ad perpetuam rei memoriam, nisi cum dubitatur de morte testium, vel de absentia diuturna, ut in l. Aquilia, si de iur. ff. ad legem de iur. extra, ut lit. non contestat. c. quoniam frequenter. bene vero rei, quia non est in eius potestate quando agat, potest examinentur testes ad eternam rei memoriam quando dicitur. hoc est casus hic, & de testa, auth. sed & si quis, & ibi plene dicam.

De fideiussoribus tutorum, seu curatorum. Rub. LVII.

Ligere. Simul & semel non potest agi contra plures in solidum. h. d. hoc not. l. iij. super verbo agi quam no. que dicit agi ita quod erigatur, quia per hoc dico quod si daretur libellus contra duos reos in solidum protestans, quod una exactio sufficit, quod iste libellus valde bene processit, non est mee intentionis erigere in solidum a duobus, & ita mandati. l. si mandati. l. iij. §. Paulus respondit vni. hoc dicit ff. de verb. oblig. l. in executione. §. in solidum. & i. de iur. iudic. ubi hoc ita.

Onest. Solutio tutoris liberat fideiussorem. Et si principalis soluit partem, si fideiussor in rebus suo potest conveniri.

De contratio iudicio tutelae. Rub. LVIII.

Pro contutore. Post solutionem non potest peti cessio, nisi si fuerit solutum ut cedatur.

LEX II. **Non ex propria.** Quando quis non paratur, contra contutorem habet beneficium cessionis, & vtilis actionis.

LEX III. **Pater.** Successio non confundit actionem nisi quod potest quis esse tutor sui privilegii. Simile habes ff. de adop. l. nonnunquam. Et vide l. certum. §. sed an & ipsos. de consens. l. iij. §. quod observari. §. de iuram. calum. ubi habuistis bonam gl. & no. hanc l. iij. qui sedes ad bauchum maleficiorum.

De autoritate praestanda. Rub. LIX.

LEX V. **Terrem.** Si sunt plures tutores, in quolibet actu vnius auctoritas sufficit, nisi in eo, per quem finitur tutela. h. d. hoc. hanc tex. vide sumitur regula iuris, quod omnes tangit, &c.

Quando tut. vel cur esse desinat. Rub. LX.

LEX I. **Curatores.** Tunc finitur officium adiuncti, quando finitur officium eius, cui adiungitur. h. d. hoc. bene istum casum. Facit ad hoc ff. de tut. l. solent. & quod habuistis no. per gl. in l. neque. §. de procurat. h. d.

LEX II. **Tutoris.** Voluntate pupilli non finitur tutela. h. d.

LEX III. **Indecoram.** Etate non aspectu corporis, finitur tutela. h. d.

De actore a tutore seu curatore dando. Rub. LXI.

LEX VNICA. **Sui iuris.** Tutor potest administrare tutelam per actorem, non per procuratorem. hoc dicit. De hoc dicit ut habuistis §. de procur. l. neq. & c.

De excusationibus tutorum & cura, & temporibus earum. Rub. LXII.

LEX I. **Alia.** Spado non excusatur a tutela. h. d.

ADDITIO. ALEX. C. Galsa. Adverte ad materiam huius tituli in practica, quia sepe multos vidi errare, quia quando vis te excusare debes facere dare tutorem pupillo vel adulto quod in hac causa excusationis eum defendat, nisi de au. tu. §. si alias, quoniam si contra lata sit contra indefensos, non tenet ipso iure. Contra pupillum, & l. acta. §. si de re iud. hoc est quod no. sentit gl. in l. i. §. i. servatis rebus, & l. in suis not. no. c. iij. & adde tex. in l. cum in vna. §. de app.

LEX I. **Curatores.** Tutor generaliter datus tenetur etiam de bonis, que sunt extra provinciam, nisi de his fuerit excusatus. h. d. C. Op. quod quis non possit dare curatorem bonis, que sunt extra provinciam sua, ut l. pupillo. ff. de tut. & curat. da. ab his. C. Huius timore dicitur gl. intellige quod hic datus a principe, vel ab alio eius mandato, & sic datus ab eo, qui habet iurisdictionem in provincia. Tu potes dicere, forte & melius, sufficit quod quis habeat iurisdictionem in persona ad alii, sicut dicitur de tutore quod sufficit quod iudex habeat iurisdictionem in personis pupilli, ut possit dare tutorem, & curatorem pupillo, cuius administratio porrigitur ad omnia bona etiam alterius provincie, ut habuistis no. §. ubi pet. tu. l. i. §. de tu. & cur. da. ab his, l. §. si.

LEX III. **Excusationis.** Si ingenuus datur tutor habito, potest excusari. C. Si sententia, qua excusatio reprobat, debet acquiesci, nisi si fuerit appellatum.

LEX IIII. **Optissimi** Si aliquis creatur curator vroz. ignorans, debet excusari, vt in penam senatus non incidat. h. d.

LEX V. **Libertos** Libertus a tutela, vel cura filiorum patris in nullam habent excusationem.

LEX VI. **Re publica** an habeatur loco pupilli. Tempus anni, quod datur executoribus iuxta episcopi constitutionem, intelligitur a die scientie.

LEX XVII. **Quinquaginta** Tempus excusationis currit a tempore scientie, et in iusticia sententia nocet, nisi fuerit prouocatum, h. d. Unde gl. in l. precedenti, super verbo, administrauerunt, item no. hanc gl. in eo quod dicit no. arg. quod clericus qui habet beneficium, etc. siue in eo quod dicit gloss. et ipsa loco pupilli. Et sic videtur dicere quod res publica habeatur loco pupilli, licet dixerim in l. res publica, etc. quod cau. ma. quod habeatur loco minoris, et dicitur vt ibi dicit vobis, et adde istam. Item op. de l. quinquaginta, ff. eo. so. duplex est tempus. Quoddam est tempus, quod datur ad proponendum excusationem, et istud currit a tempore scientie, vt hic. Quoddam, quod datur ad prosequendum, et istud a tempore nominationis, vt l. contraria. Contra hoc opp. glo. quia secundum hoc possibile erit, quod curreret tempus ad prosequendum quam tempus ad proponendum. Quare dicit glo. subaudiendum est, in l. contra, ad proponendum a die nominationis, scilicet et scientie, vide gl. quam no. propter constitutiones episcoporum, qui dicunt quod fidei, et executoribus teneatur erequi intra annum a die mortis testatoris debet intelligi, et subaudi, et scientie, vide si ignorant, non currit tempus anni, per hanc gl. quod bene no. h. d.

ADDITIONES.

ALEX. **Scientie** Die tamen quod illi qui sunt ipso iure exempti et excusati, non teneatur comparere ad sui excusationem l. generaliter, et hoc ibi no. Bal. de epis. et cler.

ALEX. **Episcoporum** dicitur post Bar. in l. si ff. si quis test. li. esse ius sue, vide Bal. in l. captatorias, ad ff. de test. mit. et Bal. in l. ges. nero. ff. de iust. et Bal. in l. ad quod pauperibus, de epis. et cler. et in l. i. de te. et no. quod qui non potest inuenire fideiussores, excusatur a tutela l. si quis, in §. imperator, de excus. tu. et l. si, de susp. tu. et no. dicit Bal. in l. si quis, quod cum eo, et per consequens non iustificatur a iura cautio. Adde an executoribus ignorantibus currat tempus. Bar. cons. 4. et in Ang. cons. 4. et in l. Abba. cons. 1. et Bald. cons. 4. et in l. lib. 4. de cons. 4. et xvii.

LEX VII. **Eque a tutela** Debitum, vel creditum, non est causa excusationis a tutela. Amen hoc corrigitur per aulh. minoris, qui va. tut. pol. h. d.

LEX VIII. **Coloni** Coloni fisci non habent excusationem a tutela, in numeribus.

LEX IX. **Rater** Monoculus non excusatur a tutela, vel cura, hoc dicit.

LEX X. **Factores** Executor tributorum durante tempore excusationis a tutela, vel cura excusatur hoc dicit.

LEX XI. **Testamento** Tutor testamentarius adstringitur ad gerenda bona, etiam extra prouinciam, constituta, nisi ob hoc se excusauerit, potest tamen ex causa curatoris sibi aduigi, h. d.

LEX XII. **Voluntarie** Si acta est no. l. et fuit repetita vltra montes, et, hic ponit repetitionem per breuiter h. d. per vnum actum contrarium non perdit quis priuilegium in alijs, h. d.

ADDITIONES.

ALEX. **Voluntarie** Per Anum actum contrarium non perdit quis priuilegium, adde Bar. in l. si, de cons. p. m. tamen si quis se immitteat administrationi, perdit priuilegium administrationis tutelae, l. si, et adde Bal. cons. 1. et in l. d. et in l. cons. 1. et in l. P. PAV. P. **Voluntarie**, vide Alex. cons. 1. et in l. circa ff.

LEX XIII. **Senatorum** Libertus non habent excusationem a tutela, ideo quia gerunt negotia patris, nisi in vno libertus senatorum negotio gerente, h. d.

LEX XIII. **Seueriter** Qui nominat aliquem ad iudicium, vt qui nominat vt velet, ad expensas iudicialiter tenetur, h. d.

ADDITIONES.

P. PAV. **Seueriter** Vide ad istam pulchre per Bar. cons. 1. et in l. volum. j.

LEX XV. **Quanquam** Licet illud, super quo principiter litigatur, intereat tamen, debet propter accessoria terminari.

LEX XVI. **Vt allegas** Propter litem maioris partem bonorum, potest quis a tutela excusari, h. d.

LEX XVII. **Scet orationis** Si aliquis datur curator vroz, potest excusari, h. d.

LEX XVIII. **Utores** A creatioe tutelae, vel curatorem appellatur, sed excusatio propter debitum vroz, virum a tutela non excusatur, nisi marium predictus procedit prout habes in articulo habes in ter. sic, debes dicere in secunda parte summarij, et pupilli non excusatur tutorem, h. d.

LEX XIX. **Musitaram** Debitum a matre pupilli, cuius non prestat excusationem, hoc dicit.

LEX XX. **Curator** Si creatur curator, qui prius fuit tutor, iste excusatur, h. d.

LEX XXI. **Quod res** Communitio rerum non prestat excusationem a tutela, de vt dicitur in articulo minoris, qui dare tur. pol.

LEX XXII. **Imitor** Ad tutorem excusatum non pertinet periculum, h. d.

LEX XXIII. **Humanitatis** Propter magnam litem excusatur a tutela, potest tutorem, h. d.

LEX XXV. **Bros** Consiliarij principis excusantur a tutela cura, h. d.

Si tut. vel cur. falsis alleg. excusatus sit. Rub. LXII.

LEX I. **Absentibus** Excusatio a tutela, falsas allegatas, non reueat, h. d. Hoc, quod est in articulo minore, quod in sententia lata ex falsis allegatas, est nulla a ipso iure, in alijs reuincitur per articulum, vt videtur in l. ex falsis, in l. quod per omnes illas leges.

ADDITIONES.

ALEX. **Nulla** Fallit sententia lata pro libertate, cum valet l. si duo, ff. de dol. sed qd si lata sententia sit aduersus ecclesiam, dicitur in l. resp. et ex quibus cau. ma. et no. do. abb. in l. ceter. de p. vide Jmo. in l. si is ad quem, de acq. he. et per eundem in c. cum tollidus, in ver. n. casus, de re iudi.

LEX II. **Utores** Post ceptam administrationem, frustra ponitur excusatio, h. d.

LEX III. **Vt proponis** Ista lex dicit idem quod in l. excusatio non prodedit.

Si tuto. vel cu. reip. causa aberit. Rub. LXIII.

LEX I. **Citutores** Qui abest causa reipubli. excusatur a tutela, et non postea, h. d.